


¶ Huius quidē tabulæ compositio hec fuit: numerum partium præpositarū multiplicata in se: & productum iunge cum quadrato de.1200. quod est. 1440000. & aggregati ex eis quere radicē quadratam: eam serua pro diuifore: deinde numerū partium propositarum duc in sinum totum quem in tabulis meis suppositum habeo. 600000. & quod exit: diuide per diuiforē seruatam & exit sinus arcus quesiti. Cuius quidē sinus arcum queras per tabulas suas: & cum arcum scribe in directo numeri partium propositarū. Exemplum numerus partium propositarum sit. 600. hæc multiplico in se et fiunt. 360000: quibus coniungo. 1440000. proueniunt. 1800000. Huius producti quero radicem buadratam: & est 1341. & sexcente & quadragintauna millesime fere. Item numerū partiū propositarū scilicet. 600. duco in sinū totū. 600000. fiunt. 360000000. hæc diuido per. 1341. & sexcente & quadragintauna millesime. id fiet dum diuidendo præponā. 000. id est. tres cifras: & diuidam per. 1341641. sic ergo diuidam. 360000000000. pro. 134161. & peruenient. 268328. Huius arcus reperitur in tabulis sinuum gra. 26. minuta. 33. secunda. 55. Hunc igitur arcum scripsi in præfenti tabula indirecto partiū. 600. Quod autē compositio bona sit Geometrice declarabo. Sit namq; quadratum a b c d. cuius diameter a c. secūdū cuius quantitas tem quidem diametri tanq; semidiametri quadrantē circuli lineabo super a. centro cōtinuatis a d. & a b. in occursum circumferentie: quæ quidem quarta circūferentie sit g c f. & quia d c. est. 1200. d n. sit. 600. aut quotcunq; de illis. 1200. ducta linea a n. vsq; in e. occursum periferie quartæ: cas datq; e m. orthogonalis super a f. erit igitur e m. sinus arcus e f. qui queritur. Considero nunc dus



os similes triángulos a n d. & a e m. quia vnum habent angulum cōmunem scilicet a. & angulus n d a. equat angulo e m a. q; vterq; rectus sit. Vnde tertius angulus vnus tertio alterius æqualis fiet necessario. Igitur & hi triánguli sūt æqui anguli: q; re latera æquos angulos respiciētia p; porcionalia fient. Est igitur a n. ad a e. proporcio: sicut n d. ad e m. proporcio. Sed cum prima tria data sint: a n. e m. notum est ex eo: q; pporcio a d. ad d n. data sit. Nam horum duorum laterum quadrata coniuncta quadrato a n. æqualia sunt. a e. vero est sinus totus: quia semidiameter. Notū igitur quartū scilicet e m. sinus arcus qua sit. In huius autem tabulæ compositione præsuppositū est: vnūquodq; laterum b c. & c d. esse. 1200. partium sicut & in instrumēto diuisum erat. Poteris tamē si placet quodcunq; partium constituere instrumentū: & s; m hoc & hæc

doctrinam oportebit tunc tabulam ipsam componi. Censerem vero plurimū esse accommodatū si latus vnum. 720. partium fieret vt similitudinē cum tabulis ymbrarum haberet. Sic haberemus duodecim partes principales quæ puncta dicunt: & quilibet punctus diuisus esset in. 60. m. & ita in toto essent. 720. m. in quolibet laterū. Componemus autē hanc tabulam post hac ad instrumentum ipsum quod ex metallo fiet.

Propositio secunda.

Distantiam inter te et signum a longe positum hoc instrumento discernere.

QOne instrumentū facialiter super plano: & dirige lineam b c. s; m visum: ita vt sit in linea recta ab oculo ad signum a longe positum: & firmato sic instrumēto dirige visum per ambo pinnularum foramina voluendo regulam a e. donec per foramina videas signum idem a longe positum: & considera vbi regula a e. secat latus d c. & vbi sit punctus n. Nam d n. ad d a. sicut a b. ad b p. distantiam quesitam. Ideo vnūquodq; laterū est. 1200. tunc. 1200. diuide per partes in d n. contentas: & numerus qui exhibit ostendit distantia qua sitam: totiens e m. latus a b. continetur in distantia qua queritur: vt si velim reperire distantiam b p. ordinabo instrumentū sic: vt linea instrumenti b c. sit directe in vna linea cum distantia b p. & dirigēdo visum per pinnulas: abscindat regula latus d c m. 29. partibus primi centenarii: diuido. 1200. per. 29. exeunt. 41. & nouem vndecime: dico ergo q; distantia b p. habet lineam b c. instrumenti mei quadragesies & semel in se: &